

PRIMA EDITIONE
CONTROVERSIAE
FINARIENSIS
ADVERSVS
SENATOREM LAGVNAM
CYROLOGIA
RAPHAELE DE TVRRI
AVCTORE.



Llorente

PROLUSIO

Sic ego quæ scripta sunt, si palam proferantur, mūltos fore qui vitilitigent: dicebat Cato ille Censorius (teste Plinio) in eo volumine, de militari disciplina, quod Imperator ipse, & qui sub Africano Imperatore contra Annibalem, eadem consilio, & manu peregerat, quæ stilo commentabatur. Quid dicam ego, aut quid non expectem ex huius publicatione sermonis, quod vel ipso Controversiarum prælato titulo, quodam veluti inflato classico plurimorum ingenia prouocare quodammodo videatur; & eorum non solum, quos veræ laudis expertes ex vitiis, & litigatoribus merito composuit, & acerbatus Cato, sed eorum etiam, qui optimæ alias mētis, sanique consilij, sui muneric fortassis ducent, summis studiis adniti: ne mea hæc probentur ab omnibus? Ego vero ut nihil dicam, ita expecto quamplura, & æquo animo omnia seram, iam à quibus minus opportuerat expertus non pauca. Hoc unum peto, &, per studia communia, ab omnibus quam instantissimè deprecor; ne ea, quæ de Patriæ mētē dignitate pressius forrassè prolata legent, ad inuidiam trahant; neue quæ necessitas defensionis extorsit, impunitare velint iactantiae. Quod si imperauero, de reliquis parum ero sollicitus, certus alioqui haud temerè indidisse, me huic Operitulum Cyrologiæ.

Ab hac lectura neminem arceo; sed eos præcipue in uitatos volo, qui Catholico Hispaniarum Regi, vel studiis fauent, vel consiliis adfunt, vel natura, munereue obstringuntur. Hos enim Controversiarum cum ipsorum Rege prælatus titulus ne absterreat rogo, neue quidpiam eoru timeant, quæ, amore Partium, contradicendi studio, iusto dolore, prouocationis stimulis impellentibus, iniusta etiam quandoque erumpunt, cum eam attulerim ad hanc disceptationem animo obfirmatam, iuratamque sententiam; vt non minori studio Pietati, quam Patriæ debeo, satisfacereim; quam ne obsequio villa ratione desim, quod vt Genuësis Ciuis Catholicæ Maiestati profiteor. Eosdem tamen præmonitos velim, vt non secus ac hostes ab amicis discretos habent, accusationes æquè separent à querelis, quarum primæ vt hostium sunt iniurias vlcifcentium, posteriores ami-

SECTIO PRIMA. TOTIVS CONTROVERSIAE FINARIENSIS STATVS.



Finarij Op-
pidi, totiusq;
Marchionis
delinea-
tio. Cap. I.

In descripsi-
Or. Ligust.
fol. primo.

FINARIVM, quod à Cœli salubritate dictum pu-
tac Bracellius, & Oppidum est Sauonam inter,
& Albinganum celeberrimas Ligusticæ Oræ Ci-
uitates situm, in ipsis faucibus duarum conual-
lium, quæ ex dexteriore Apennini latere Meri-
diem versus sinuosis, ac inuisi serè flexibus per
septem milliaria à summo Iugo decurrentes ibidec cocunt.
Indeque aperit se, & ad mare usque, passuum fermè quingento-
rum spatio, excurrit lcta planicies fluviolis duobus irrigua, sœ-
cundos, eò magis expandens sinus, quò propius in mare desinat,
cuius iras non arduis scopulorum cautibus, sed arenis quam mi-
nutissimis duorum vix milliarium littore coeret, capropter æquè
ad appulsum facile, mari tranquillo, ac aspero importuosum.
Hoc Oppidum ædificijs satis frequens ab antiquissimis tempori-
bus, & circumiacenti Regioni (quæ in uniuersum ab Ortu in Oc-
cidentem Solem non longè vlt̄ sex milliaria extenditur, à Borea
verò in meridiem osto, vel paulò amplius) nomen dedit Fin-
riensis tractus; & Regalis dominantibus sedes fuit, qui peruetu-
ita quadringentorum annorum appellatione Marchionum Fin-
rienum longa, ac nobilissima maiorum serie ditionem per manus
traditam obtinebant. Imminet Oppido Arx antiquæ structuræ,
sed, ut illa ferebant tempora munitissima, Gouonum nomine; ar-
duo, ac vndique prærupto colli ad Boream imposita, ad securita-
tem non minus dominantium, quam subiectorum terrorem: quæ
licet quingentis paulo minus passibus ab Oppido distet, subiectum
tamen non nisi minori ex parte illud habet, cum reliqua maior,
obiectu Collis intermedij ex obliquo in planiciem procurrentis, ab
Arcis conspectu excludatur, cui tamen malo tenitentis Naturæ,
occultum industria. Structum visitur in ipso desinentis illius Col-
lis dorso Propugnaculum lorica Arci adnexum, cuius iictibus, &
Oppidum vniuersum, & planicies ad Oppidum ducens patent
exposita. Arx alia surgit in littore saxo imposita Genuenium

A

opus,



EXCVRSVS PRIMVS.

Extaciturnitate, ac silentio consensum probari.



A V L V S I. C. in l. si filius familias 16. ff. ad Mace-
ced. respondit non obstat S. C. filio familias
mutuum recipienti, quasi de mandato Patris,
si super illa re ad Patrem litteras mittat in Pro-
uinciam, ut eam pecuniam soluat; debet enim
Pater, si actum improbat, continuo contesta-
tionem interponere contrariae voluntatis, & ibi glos. in verb.
[contrariae voluntatis] notar, quod quinon improbat, probat, &
plura iura concordantia adducit, quam glos. Bart. sequitur ibi-
dem, & in l. si litteras. C. mandat. Bald. sub num. 5. Salic. nu.
3. & cæteri Scrib. Idem Bart. in l. filius familias §. inuitus ff. de
procur. & in l. cum tabernam §. 1. ff. de pign. Alex. conf. 78. nu.
1. vol. 1. Ias. in l. admonendi nu. 138. ff. de jure iurlatè Gabr.
lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 2. Rot. Ian. mercat. decis. 24. nu.
4. decis. 58. num. 7. decis. 125. nu. 1. decis. 138. num. 6. & decis.
163. nu. 3. Strach. de aſſecur. gl. 11. nu. 47.

Cui dispositioni concordat verbis expressis Ius Canonicum in
clem. 1. de procur. vbi per receptionem simplicem litterarum, in
quibus contineatur mandatum ad recipientem directum, intelli-
gitur acceptasse mandatum ea expressa ratione *cum per basce ad*
omnium tum præstitiſſe videaris consensum.

A qua sententia licet recedere tentauerint Card. d. clem. 1.
in opposit. & Rot. Ian. decis. 23. nu. 20. & Alciat. teste Zuccard.
in repet. rub. C. de pact. num. 72. opinatur taciturnitatem non
fussicere, nisi aliundè constet de consensu, tamen superius fir-
mata sententia verior est, & ab ea non esse recedendum testatur
Zuccard. vbi supra num. 67. & 72. in fin. vbi plura in proposito
adducit, & sequitur Alciat. ipse de singul. certam. num. 30.
& 31. in proposito singularis certaminis, in quo per receptionem
cartelli cum taciturnitate probat elici consensum recipientis
contentorum in co-

— 200 — 200

— 200 — 200

— 200 — 200
— 200 — 200
— 200 — 200
— 200 — 200

Exemplar. Exemplar.



GENV AE,
EX TYPOGRAPHIA PETRI IOANNIS CALENZANI,
SVPERIORVM PERMISSV,
M. DC. XXXXII.

Compositio controuersiarum inter Imperatorem Ferdinandum, & Rempub. Genuę occasione rerum Finariensium.



FERDINANDVS Divina faveitate electus Romanorum Imperator semper augustus, ac Germanie, Hungarie, Bohemie, Dalmatiae, Croatiae, Sclavonie, &c. Rex Insans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Brabantie, Stiriae, Carinthie, Carniolie, & Vitembergie, Marchio Moraviae, Comes Tirolis.

Recognoscimus, & notum facimus tenore presentium, universis, quod cum Serenissimus, & Catholicus Princeps D. Philipus Hispaniarum, utriusque Sicilie, & Hierusalem, &c. Rex, nepos noster carissimus misso ad nos

Nobile Sincere nobis dilecto Don Martino della Nuzza tanquam Comisfario deputato ad componendam, & transigendam controuersiam inter Nos, & Rempub. Genuense super restitutio[n]e vniuersi Status Finarij, & Castris franchi ortam, à nobis maximo studio amenter petijsset ne quid grauiss contra dictam Rempub. Genuensem statuere, sed omnem offensionem contra Genuenses conceptam Ser. sua condonare velimus, & admissa per nos huius modi beneuola intercessione, ac petitione ipsius Serenissimi Nepotis nostri Regis Catholici; Cui nimur pro mutua nostra arctissima coniunctione quo[u]is loco, & tempore cupimus paternè gratificari, præfatus Don Martinus della Nuzza nobis pro parte dictæ Reipub. Genuen. diuersas conditiones super petita relaxatione Status Finarij proposuisset, que nobis nullo pa[u]lo satisfacere poterant, & tandem multis hinc inde tractatibus habitis, idem, Don Martinus della Nuzza tanquam mediator huius controuersie à Sereniss. Hispaniarum Rege Nepote nostro charissimo deputatus ex se ipso protulisset formulam quandam componendi, & terminandi huius negotij. Nos sunè eiusmodi formulam ne nullam prorsus videremur Serenissimo ac Catholicis Hispaniarum Regi habuisse rationem, tunc elementer admittendam duximus & benignè annuimus, vt ipse D. Martinus della Nuzza super ea formulam Reipub. Genuen. cognoscere. Quod postea quam factum fuit, si p[ro]p[ter]e præfatus Don Martinus obtulit nobis à dicta Reipub. mandatum procuratorium in forma debita expeditum, vt ipse Don Martinus eius vigore iam memoratam formulam pro parte ciudem Reipub. proponere posset. Cuius mandati tenor talis est.

Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Dux Illustris. Gubernatores, & Procuratores Reipublice Genuensis sponte, ac omni meliori modo, &c. cōstituerunt, ac creauerunt, constituant, & creant Illustr. Don Marenum della Nuzza eorum legitimū Sindicū, & Procuratorem ac nuncium specialē, licet absentem ad proponendum nomine prædictę Reip. coram Cesarea Macrītate formam oblationis, de qua infra, & pro ea, & occasione ipsius trattandum, componendum, transigendum, consentiendum, seu consensum præsumendum, & ad ea omnia faciendum, & exequendum iuxta formam, & tenorem, dictæ oblationis, que ipsiſmet Illustrissimi, & Excell., & Illustris. Domini Dux Gubernatores, & Procuratores facere, ac exequi possent si personaliter adescent promittentes se ratum, & gratum habituros quicquid actum, gestum, & procuratum fuerit per dictum, Illustrissimū Don Marenum. In quorum fidem presentes fieri iussimus sigillo nostro munitas, & manu Cancellarij, ac Secretarij nostri subscriptas. Dat. Genua die 2. Mensis Septembris Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio.

Grauiores in Prælo lopsus sic corrige.

commode legi	commoda pag. 3. lin. 39	cessabant	cessabat
ditius	diutius 6 24	ignavi	ingenui 133 41
restitendum	restituendum 10 2	Judicium.	Judicium 241 10
moueant	mouerant 10 22	Aulicora.	Aulicorum 149 13
replet	replet 12 26	Imperatoribus	imperantibus 148 41
primoribus	primoribus 14 3	Ligurie	lingue 149 25
tempora	tempore 15 22	remouetur	remoueatitur 160 25
controuersia	controuersia 15 34	ex	& 163 37
Reipublicæ	Republica 15 34	Cœris	Cœstris 165 9
assumebat	assumebatur 15 35	Rosse	Mallinissæ 168 6
que	quem 16 22	obstat verbis.	obstare iuribus 177 in marg.
administratos	administratores 18 19	Imperium	Fisarium 183 in marg.
auderent	auderet 21 9	egis	egris 187 35
falso	fato 13 1	pacatas	pacates 190 19
quamque	que que 15 20	dubiae	dubiæ 193 2
Hispaniarum	Hispaniam 25 39	nostra	nostram 195 17
qui	qui 26 19	silentium	silentium 198 4
Prænepice	Principè 40 13	Firium	Finarism 198 8
alter	aliter 40 40	transfereci	transferreret 199 41
pingebat	pingebat 40 41	Feudum	in Feudum 200 3
potius	potitus 51 14	sopra	suprema 200 27
dissoluuntur	dissoluuntur 52 in marg.	qua	quò 201 19
carius	charius 59 31	XL.	LIX 203 in marg.
Ahenobarbaro	Ahenobarbo 63 3	direxit	direxit 207 1
facilitate	felicitate 64 30	perfidam	perfidiam 207 2
pater	patent 75 12	anco	anno 210 21
latantes	latentes 89 in marg.	proprietor	proprietor 217 1
Reipublicæ	Republica 93 in tit.	Baldum	Badum 217 16
discrimine	discrimina 93 in marg.	excedeunt	excedunt 228 34
adnectuntque	adnectuntque 93 17	inuestitura	inuestitura 229 37
indubita	indubitata 94 39	habetiori	habetiori 235 16
dominum	dominium 103. 19	generi	geri 236 31
nauigationes	nauigationis 103 38	prostruenda	prosternenda 237 23
prolixam	prolixam 109 19	succumbuit	succubuit 241 33
incerto	incepto 110 20	ocurre	occurre 245 37
sponsose	sponsose 112 28	comentijis	comenticijs 245 10
a deo	ad eum 114 27	Quæstoros	Quætores 240 6
incolumitate	incolumitate 116 15	pertinuit	peruenit 260 10
ne	nec 130 26	præstationem	præstationem 264 11

GENVÆ,
Apud Ioannem Mariam Farronum,

RESPONSVM IOANNIS RVIZ DE LAGVNA

Senatoris Mediolanensis, & Papiae Prætoris,

PRO

REGIO FISCO

Ad Allegationem Serenissimæ Republicæ Genuensis,

Productam in Supremo rerum Italicarum Consilio.



O alacrius agredior Regijs mandatis, mihi per litteras exppositis, parere, ut allegatis à Serenissima Iauensi Republica in Summo Italicarū rerum Concessu rationibz, circa Finariensem Salariam controuersiam satisfaciām, quoattē tius causē pondus, ac magnitudinem consideravi, ac Iura Potentissimi Regis Nostris solidissimis Iuris assertiōibus fulcitam esse cognoui tempore, quo munus Aduocati Fiscalis gerendo cīs meum p̄st̄i Patrocinium. Quæ postquam ad Senatoriam dignitatem cœctus sum, & ex diuersis cœntibus animum ad ipsa appuli, vberiora, & certiora esse ex nouis fundamentis tunc latentibus, nunc verò patefactis, conspexi. Contrà verò Excelſe Republicæ vota ab omnina- turalitatione, a totoque Iuris tramite, & disciplina proſrus aliena, ac deſtituta existimauī, vt ex inferis referendis aper- tè demonstrabitur.

Ad duo capita videntur reduci omnia, quæ proponuntur in ipſa allegatione. Alterum respicit causam petitorij directi dominij tertiae partis Marchionatus Finarij. Alterum dominium, & possessionē Gabellæ Salis eiusdē. Omissis consultō ijs, quæ ta- clunt ad dominium utriusq; rei, (nam iuxta mentem Suę Ma- iestatis non est de illis in præsēs agendum, hi si in quantū respi- ciant intelligentiam, & iustificationē possessorij) articulum mo- mentaneę possessionis iutis vēdēdi Salin eo Marchionatu per- tractabo, quod Republica sibi vīndicare conatur: de eo fiqui- dē dum taxat loqui videtur septena Suę Maiestatis Rescripta. Proinde amplerē quarto, quinto, sexto, & septimo

opposi-